Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ant. Paueant omnes habitantes inuniuersa terra dm daniel. quia ipse est liberator et saluator faciens signa et mirabilia in celo et in terra qui liberauit daniel de lacu leonum. Gr. Oculi omnium in te sperant domine et tu dabis escam illorum in tempore opportuno aperis tu manum tuam et implebis omne animal benedictionem. ℣. Confitebor tibi domine in toto corde meo narrabo omnia mirabilia tua. Alleluia. ℣. Exultate iustus in domino rectos decet laudatio. Tractus. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi. Doce me facere uoluntatem tuam quia deus meus es tu. Secundum iohannem. Ambulabat ihesus in galilea non enim uolebat in iudea ambulare quia querebant eum iudei interficere. Erat autem proximum pascha dies festus iudeorum scenofegia. Dixerunt ergo ad eum fratres eius. Transi hinc et uade in iudeam ut et discipuli tui uideant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto quid facit et querit ipse in palam esse. Si hec facis manifestat te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis ihesus. Tempus meum non dum adueniit. tempus autem uestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse uos me autem odit quia ego testimonium phibeo de illo quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc. ego autem non ascendam quia tempus meum nondum adueniit. Hec cum dixisset ipse mansit in galilea. Vt autem ascenderunt fratres eius tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto. Iudei ergo querebant eum in die festo dicebantque. Vbi est ille. Et murmur multus de eo erat in turba. Quidam autem dicebant quia bonus est alii autem non sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum iudeorum.

Off. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Nomen tuum domine quoniam non de te linquis querentes te psalmum dicite domino qui habitat in sion quoniam non est oblitus orationem pauperum. Sec. Hostias tibi domine deferimus immolandas que sic corporalem nobis solationem significent ut promissa certi non de spectemus eterna. Per. Co. Redimet nos de manibus inferi rahel et omnibus angustiis nostris. Co. Da quesumus omnipotens deus ut que diuina sunt iugiter exequentes donis meremur celestibus propitiari. Per. Sup. Libera domine a peccatis et hostibus tibi ipsum supplicantes ut in sancta conuersatione uiuentes nullis afficiantur aduersis. Per. Feria. iiii. Liberator meus es tu de gentibus ira